

Johann Quistorp

**Triumphus Christi Resurgentis, Ad quem pie ac devote celebrandum Cives
Academici invitantur : P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus 19. Aprilis, Anno M.
DC. LXIII.**

[S.l.], 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73563839X>

Druck Freier  Zugang



TRIUMPHUS CHRISTI RESURGENTIS,

Ad quem piè ac devotè celebrandum,

Cives Academici invitantur,

D. JOH. QVISTORPIO, ΘEOΛ. Prof. Publ.
& Acad. Rectore,



Hujus diei solemnitas tanta in primitivâ Ecclesiâ exstitit, ut omnes se totos Deo sacrent, noctesq; infomes agentes precibus vacarent: Ut verò super ceremoniis & institutis Ecclesiasticis variis schismata suborta sæpè fuerunt; ita dies ipse Paschalis dissensiones periculosas, imò & perniciosas peperit. Asiatici namque decimâ quartâ Lunâ, quando Judæi Azyma præparant, Pascha celebrant; & Policrates Asiaticam observationem non tantum ad traditionem Policarpi refert, verum etiam addit observationem illam esse ex præscripto Evangelii, & secundum Canonem fidei. Victor verò Romanus Europæam observationem, quæ Pascha in Dominicam post 14. Lunam differebat, sub pœna excommunicationis Asiaticis imposuit. Et quidem hæc contentio adeò crevit, ut ad eam sopiendam conventum Nicææ I. conscribere, & ibi Europæorum sententiam approbare necesse fuerit. Verum rectè Irenæus supersticiosam magis quam necessariam hanc controversiam fuisse tradit; Undè & Socrates lib. v. c. 22. refert, Ecclesiæ communis decretum fuisse, nec Evangelium, nec Apostolum tale jugum servitutis Christianis imposuisse, sed instituti Paschatos intentionem fuisse, certo die Eucharisticum hostimentum exsolvere. Dies verò ad id destinatus, Dominicus teste August. de Civit. Dei, Domino dominantium appellatus, Sabbatho Judaico abrogato, Sabbatho Christianorum initium præbuit. Christus resurgens non modò Triumphum egit, sed in medio militum suorum Apostolorum nimirum se sistens, Caduceum verum vibravit, & pacem denunciavit. Festum, quod hoc tempore celebramus titulo *Paschatis*, præter cætera totius anni, Christianis convenire videtur: siquidem credimus, Christum, qui triduo antè à Judæis interfectus fuerat, hodiè revixisse & à mortuis resurrexisse. Hoc enim credere, est verè Christianorum proprium, cum Judæi, Ethnici & Turcæ non minus quàm Christiani credant, eum natum, passum, & mortuum esse: Licet hi illud credant, non sacris literis persuasi id affirmantibus, sed vel suis oculis, vel eorum qui viderunt: ita nimirum divinæ authoritati præponunt humanam. Quidni verò eidem credunt, eundem qui sic natus, passus, & mortuus sit, resurrexisse? Atqui ipse dixit; imò prædixit; Tertiâ die resurgam: si dixisset quod Mahumetes, intra octingentos annos revertar ad vos, mendacium ipso tempore tutum erat: At solum triduum ponere, quo sui promissi veritas vel falsitas, si qua subsit, compareat, nihil aliud est, quàm hostibus suis lydium lapidem in manus dare, quo dictum auctoris examinetur, & ipse autor, si sit falsi deprehensus, denuò juguletur. Atq; ita veritas & authoritas divina cogitur, ad fidem incredulis faciendam, à levi temporis circumstantia opem petere. Interim nec Platoni fidem derogant, qui lib. 10. de Republ. Herum Armenium, nec Herodoto, qui lib. 4. Aristerum Proconnesium, nec Plutarcho, qui in libello, de fera numinis vindicta, Soleum quem θεωρεσιον ἀνδρα vocat, mortuos in vitam rediisse, parum verisimiliter asserere non verentur. Iniquum certè genus hominum, qui quæ volunt credunt, licet sine rationibus, sine testibus: quæ non volunt, etsi cum salute ipsorum conjuncta sint: neq; divinis, neq; humanis testimoniis ut credant, adduci possunt. Viderunt mulieres, Viri tetigerunt, increduli palparunt, ipse qui revixit, variis modis redivivum se professus ac testatus est, & quidem totos quadraginta dies id unicè egit, ut affeclas suos & per eos totum orbem Christianum hac salutari fide imbueret, instrueret, confirmaret. Quod uti & NOS certò credimus, ita necessarium omnino est, nos gratâ tanti beneficii prædicatione, & vitâ, moribusque huic festo convenientibus, non hoc solum tempore, sed totâ vitâ id agamus, ut gratioso Christi Spiritu adjuti, à vitiis quibus immerfi, imò submersi, vivimus, emergamus, resurgamus, & cæteram vitam integrè, innocenter ac voluntati divinæ congruenter convenienterq; vivamus. Id ut faciamus in vitam nos ipsa hujus Festi appellatio, quæ transitum sonat, monetq; trans-eundum esse nobis ab his inferis ad supera, atq; ad promissam terram. Resurgere verò, in vitam redire, glorificari nemo potest qui peccatis tanquam vinculis arctissimè adductis, constrictus tenetur, qui vitiis neque renuntiat, neque ut renuntiet, adhuc adduci potuit, imò renuntiantes alios verborum contumeliis, sive clanculum sparsis, sive aperte effusis, persequitur, qui crapulam amat, sectatur & alios ad sectandum adducit, qui lasciviam exercet, muliebri habitu, qui tumultus excitat, pacem civitatis, domesticam tranquillitatem & securitatem quiescentium, clamoribus inconditis turbat, elidit fenestras, frangit fores, alias omnes nequitia, stultitia ac malitia formas ostentat, ut *καὶ θεοδύμω* laude ac præmio digna, quorum suo ipsum tempore vel pudeat peniteatque, vel si non, eo ipso reprobum, rejectum, damnatumque se Dei & piorum omnium, adeoque suo ipsius *ἀδικοῦ* judicio agnoscere & fateri cogatur. Sed speramus optima quæque, de cætu, qui se præter vulgum pietatis, honestatis, modestiæ omniumque aliarum virtutum, bonis literis literatisque convenientium, Studiosum profitetur, & ab aliis pro eo agnosci, haberi ac prædicari postulat. Et meritò quidem: ut enim furor non satis habet pelles & coria, suendis calceis apta, noscere ac discernere, sed ut pro eo qui est habeatur, calceum arte sua dignum facit: ita nobis nequaquam ad nominis nostri dignitatem tuendam sufficit, si genus ac differentiam pietatis & modestiæ quidem teneamus, si de subjecto & adjuncto earum acutè differere, si de justitia & jure copiosè, ornatè, subtiliter argumentari ac disputare possimus, nisi jus & justitiam colamus, nisi pietatem & modestiam exerceamus, ut verum testimonium Dei, hominum, nostræque conscientiæ ex harum virtutum exercitio quotidiano, his præcipuè & præter cæteros diebus frequentando, impetremus. Interim ô summe Pastor, ô optime JESU CHRISTE, qui mortuus es pro peccatis nostris, qui resurrexisti propter justitiam nostram, Tibi gratias agimus, quòd vitam, salutem, libertatem nobis Resurgendo attuleris: Te piis precibus porrò veneramur & rogamus, ut agnos tuos congregare, & ab imminentium, ingruentium, irruentium luporum rabie congregatos defendere, omnem iis timorem, qui ex periculis bellicorum rumoribus passim oritur, adimere velis, & in hostium tuorum nostrorumq; capita vertere. Ita fiet, ut securi tuo patrocinio, tuum nomen prædicemus, sub Illustrissimis Principibus Megapolitanis, & Ampliss. hujus Urbis Senatu, studia pietatis, Virtutum, & liberalium litterarum, ad Ecclesiæ & Reipublicæ salutem, tractantes, atq; ita vitam Christianâ Ecclesiâ dignam transigamus, & ad cælestem contendamus, Amen.

P. P. Rostochij sub Sigillo Rectoratus 19. Aprilis, Anno M. DC. LXIII.

CHRISTIANISSIMO GENTIS

Ad quem pie ac devote celebrantur

Cur. Anthonii Kestneri

D. JOH. GUSTORPIO, OEOA Prof. Publ.

& Acad. Rectori



... huius disquisitionis tanta in primis Ecclesia existit, ut omnes se totosque ad hanc disquisitionem...
... huius disquisitionis tanta in primis Ecclesia existit, ut omnes se totosque ad hanc disquisitionem...
... huius disquisitionis tanta in primis Ecclesia existit, ut omnes se totosque ad hanc disquisitionem...

TRIUMPHUS CHRISTI RESURGENTIS,

Ad quem piè ac devotè celebrandum,

Cives Academici invitantur.

D. JOH. QVISTORPIO, Θ EOA. Prof. Publ.
& Acad. Rectore.



Hujus diei solemnitas tanta in primitivâ Ecclesiâ exstitit, ut omnes se totos Deo sacrarent, noctesq; informnes agentes precibus vacarent: Ut verò super ceremoniis & institutis Ecclesiasticis variis schismata suborta sæpè fuerunt; ita dies ipse Paschalis dissensiones periculosas, imò & perniciosas peperit. Asiatici namque decimâ quartâ Lunâ, quando Judæi Azyma præparant, Pascha celebrant; & Policrates Asiaticam observationem non tantum ad traditionem Policarpi refert, verum etiam addit observationem illam esse ex præscripto Evangelii, & secundum Canonem fidei. Victor verò Romanus Europæam observationem, quæ Pascha in Dominicam post 14. Lunam differebat, sub pœna excommunicationis Asiaticis imposuit. Et quidem hæc contentio adeò crevit, ut ad eam sopiendam conventum Nicææ I. conscribere, & ibi Europæorum sententiam approbare necesse fuerit. Verum rectè Irenæus superstitionem magis quam necessariam hanc controversiam fuisse tradit; Undè & Socrates lib. v. c. 22. refert, Ecclesiæ communis decretum fuisse, nec Evangelium, nec Apostolum tale jugum servitutis Christianis imposuisse, sed instituti Paschatos intentionem fuisse, certo die Eucharisticum hostimentum exsolvere. Dies verò ad id destinatus, Dominicus teste August. de Civit. Dei, Domino dominantium appellatus, Sabbatho Judaico abrogato, Sabbatho Christianorum initium præbuit. Christus resurgens non modo Triumphum egit, sed in medio militum suorum Apostolorum nimirum se sistens, Caduceum verum vibravit, & pacem denunciavit. Festum, quod hoc tempore celebramus titulo *Paschatis*, præter cætera totius anni, Christianis convenire videtur: siquidem credimus, Christum, qui triduo antè à Judæis interfectus fuerat, hodiè revixisse & à mortuis resurrexisse. Hoc enim credere, est verè Christianorum proprium, cum Judæi, Ethnici & Turcæ non minus quàm Christiani credant, eum natum, passum, & mortuum esse: Licet hi illud credant, non sacris literis persuasi id affirmantibus, sed vel suis oculis, vel eorum qui viderunt: ita nimirum divinæ auctoritati præponunt humanam. Quidni verò eidem credunt, eundem qui sic natus, passus, & mortuus sit, resurrexisse? Atqui ipse dixit, imò prædixit; Tertiâ die resurgam: si dixisset quod Mahumetes, intra octingentos annos revertar ad vos, mendacium ipso tempore tutum erat: At solum triduum ponere, quo sui promissi veritas vel falsitas, si qua subsit, compareat, nihil aliud est, quàm hostibus suis lydium lapidem in manus dare, quo dictum auctoris examinetur, & ipse autor si fit falsi deprehensus, denuò juguletur. Atq; ita veritas & auctoritas divina cogitur, ad fidem incredulis temporis circumstantia opem petere. Interim nec Platoni fidem derogant, qui lib. 10. de Republ. θ εοκρατορίας ἀνδρα vocat, mortuos in vitam rediisse, parum verisimiliter asserere non verentur. Inicivum, qui quæ volunt credunt, licet sine rationibus, sine testibus: quæ non volunt, etsi cum facta sint neq; divinis, neq; humanis testimoniis ut credant, adduci possunt. Viderunt mulieres increduli palparunt, ipse qui revixit, variis modis redivivum se professus ac testatus est, & triginta dies id unicè egit, ut asseclas suos & per eos totum orbem Christianum hac salutari fide confirmaret. Quod uti & NOS certò credimus, ita necessarium omnino est, nos gratâ tanti beneficii præbusque huic festo convenientibus, non hoc solum tempore, sed totâ vitâ id agamus, ut gratioso Chæ quibus immergi, imò submersi, vivimus, emergamus, resurgamus, & cæteram vitam integrè, innocè congruenter convenienterq; vivamus. Id ut faciamus in vitam nos ipsa hujus Festi appellatio, quæ transit eundem esse nobis ab his inferis ad supera, atq; ad promissam terram. Resurgere verò, in vitam redire qui peccatis tanquam vinculis arctissimè adductis, constrictus tenetur, qui vitiiis neque renuntiat, neque duci potuit, imò renuntiantes alios verborum contumeliis, sive clanculum sparsis, sive aperte effusis, peccat amat, sectatur & alios ad sectandum adducit, qui lasciviam exercet, muliebri habitu, qui tumultus ex domesticam tranquillitatem & securitatem quiescentium, clamoribus inconditis turbat, elidit fenestras, sine nequitia, stulticia ac malicia formas ostentat, ut α βελόμαλα laude ac præmio digna, quorum suo ipsum teatque, vel si non, eo ipso reprobum, rejectum, damnatumque se Dei & piorum omnium, adeoque suos agnoscere & fateri cogatur. Sed speramus optima quæque, de cætu, qui se præter vulgum pietatis, honestæque aliarum virtutum, bonis literis literatisque convenientium, Studiosum profitetur, & ab aliis pro eo accari postulat. Et meritò quidem: ut enim sutor non satis habet pelles & coria, suendis calceis apta, non pro eo qui est habeatur, calceum arte sua dignum facit: ita nobis nequaquam ad nominis nostri dignitatem genus ac differentiam pietatis & modestiæ quidem teneamus, si de subjecto & adjuncto earum acutè dissecciosè, ornatè, subtiliter argumentari ac disputare possimus, nisi jus & justitiam colamus, nisi pietatemus, ut verum testimonium Dei, hominum, nostræque conscientiæ ex harum virtutum exercitio quotidier cæteros diebus frequentando, impetremus. Interim ô summe Pastor, ô optime JESU CHRISTE, ceteris nostris, qui resurrexisti propter justitiam nostram, Tibi gratias agimus, quòd vitam, salutem, libertatem leris: Te piis precibus porro veneramur & rogamus, ut agnos tuos congregare, & ab imminentium, ingrum rabie congregatos defendere, omnem iis timorem, qui ex periculis bellicorum rumoribus passim in hostium tuorum nostrorumq; capita vertere. Ita fiet, ut securi tuo patrocinio, tuum nomen prædicemcipibus Megapolitanis, & Ampliss. hujus Urbis Senatu, Studia pietatis, Virtutum, & liberalium litterarum, salutem, tractantes, atq; ita vitam Christianâ Ecclesiâ dignam transigamus, & ad cælestem contendamus.

P. P. Rostochij sub Sigillo Rectoratus 19. Aprilis, Anno M. DC. LXIII.

